









1750.

1. Bachius, Francus Argentoratus: De praescriptione  
centum annorum in actionibus ecclesiae Rom.  
de jure civ.
2. Bauer, Jo. Gaspardus, fac. jur. procuratorius:  
Programma, quo summus in utroque jure hono-  
res ... Christianus Gottlieb Gutschmid ...  
in dicit.
3. Breuning, Christianus Musicius: Ad orationem  
D. Helvii Perkinacis in § 7, F. quib. mod. testam.  
infirm<sup>us</sup> dixerit. simulque ad frequentanda  
collegia ... invitat.
4. Gerselius, Johannes Gottf.: De Via Concordia ex  
monumentis veterum illustrata
5. Gutschmid, Christianus Gottlieb: De favore com-  
merciorum lib. I
6. Hartmann, Erdmann Gottlieb: De simultanea  
investitura in feudo Lusatae Superioris

1750.

7. Hommelius, Carolus Ferdin : De interrogatio-  
nis ius in iure facientis hodie non sublatis<sup>3</sup>.  
Programma, quo ad orationem auspicialem invitatur.
8. Hommelius, Carolus Ferdinardus : De hanc actione  
super omittenda criminis capitalis accusatione  
actori iudicata.
9. Hommelius, Carolus Ferdinardus : De principali causa  
dissensionum inter Latrones et Captores horumque  
sectatores.
10. Hommelius, Carolus Ferdinardus : De usu hodie  
divisionis hominum in viros et peregrinos.
11. Hommel, Ferdinand August, fac. jur. procancelarius :  
Programma, quo ad Johannem Augusti Bachii actum in an-  
tiquariis invitatur.
12. Kersner, Abraham Gossnell : De restitutione nummi nummi.  
De promissae valore simulque praedilectiones sales in D'cat.

1750

14. Mullerus, Augustus Fridericus: De origine civita-  
tum<sup>2</sup> singulae ad orationem memorial... Jo. Chris.  
Lauri Geyeri invitata.
15. Ouelmalz, Samuel Theodorus, fac. med. prorektor.  
Lauris: De effectibus caloris aestivi ferri d'io.  
ris
16. Reichenberg, Carolus Wm, fac. jur. prorektorarius:  
Programma, quo summus in utroque jure honores  
... Ludovico Salomo... indit.
17. Richter, Jo. Tobias: De cura principum praesertim  
nostrorum circa justitiam administrandam.  
Programma, quo ad orationem aditalem invitata.
18. Richterus, Jo. Tobias: Selectiora juris principia 16.
19. Richterus, Jo. Tobias: De conditionibus potesta-  
tibus et mixtis, casu deprecantibus, in ultimis  
voluntatibus pro adimpletis habendis.

1750.


20. Rivinus, Johann, Florus l. b. s. p. d.:  
(Programm, quo Disputationes publicas indicat).
21. Rivinus, Johann, Florus l. b. s. p. d.: (Programm,  
quo Disputationes publicas indicat)
22. Rivinus, Joh. Florus, fac. jur. procancelarius:  
Programm, quo summos in jure honores Erdmannus  
Gottlieb Hartmannus indicat.
23. Rivinus, Joh. Florus: De obligatione universi-  
tatis expensas criminum inquisitionis  
in distincte susceptas etiam pro forensi  
praestandi.
24. Romanus, Franciscus Guistiellus, fac. jur. procan-  
cellarius: Programm, quo summos in utroque  
jure honores Christophorus David Schreiter indi-  
cat.
25. Salow, Ludovicus: De homicidio casuali.



1750.

26. Sammet, Joannes, Godfridus : Praeentatio III juris  
civilis exhibens receptas lectiones ad Fuchium.
27. Sammet, Joannes, Godfridus : Praeentatio IV juris  
civilis exhibens receptas lectiones ad Fuchium.
28. Schumann, Gottlieb : An nexus feudalis Ducatum  
Parmae, Placentiae, Guastalliae cum imperio  
Rom. Germanico adhuc subsistat ? . . .
29. Schumann, Gottlieb : De doctrina prudentiae  
civilis publicae in academiis 2 Exempla.







10142

*Vol. W. n. 50*

*1750, 18. 77*

DISPUTATIO IURIDICA  
DECIMA SEXTA

SELECTIONA IURIS  
PRINCIPIA

A D

ORDINEM DIGESTORVM EXPOSITA  
LIBRI XL SPECIMEN I. CONTINENS

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

INDVLTV

PRAESIDE

IO. TOBIA RICHTERO

PHIL. ET I. V. D. NEC NON PROF. PVBL.

AD DIEM XXX. SEPT. A. C. N. MDCCL.

H. L. Q. C.

PVBLICE VENTILANDAM PROPONIT

AVGVSTVS Gottlieb RITTERVS

ZSCHOP. HERMVND.

---

LIPSIAE

LITTERIS LANGENHEMIIS.





DISTRIBUTO IRIDICA  
 DECIMA SEXTA  
**SELECTIO IARIS**  
**PRINCIPIA**

AD  
 ORDINEM DISTORTORUM EFFORTIA  
 LIBRI XI SPECIMEN I CONTINENS  
 ILLUSTRIE ICTORVM ORDINIS  
 INDIVT

**IO TOBIA RICHTERO**

PHIL ET L D NEO KON STON PABE

AD DIEM XXXI APRILIS A G M MDCCLXXII

PAULICE VENTILANDAM PROBONIT

**AVGVSTVS GÖTTLICH RITTERVS**

SECHON HERMANN

LIBRI XI

RITTERVS LANGENHEIM





Q. D. B. V.  
SELECTIONVM IVRIS  
PRINCIPIORVM  
AD DIGESTORVM  
LIBRVM XL SPECIMEN I.



I.

Quid olim interrogationes in iure fuerint, et quando usum habuerint, de eo inter DD. quidem nondum satis constat. Ita B. HEINECCIUS \*) coniiicit, eas personalibus actionibus praemissas fuisse, ne actor plus petens caderet causa, et ab actione ad exhibendum, in eo diuersas fuisse, quod huic potissimum locus fuerit, si quis in rem agere, vel saltem actione in rem scripta experiri voluerit: alii interrogationes illas realibus praecipue actionibus inseruuisse

A 2

con-

4 SELECTIORA IVRIS PRINCIPIA

contendunt. Ego, quantum quidem ex corpore iuris conicere licet, totam hanc rem ex fine diiudicandam, et ex eo discrimen, inter ad exhibendum, et interrogatorias actiones, cognoscendum esse arbitror. <sup>b)</sup> Scilicet actio ad exhibendum eo dabatur fine, vt cognosceretur, an res ea esset, de qua principale iudicium esset instituendum: <sup>c)</sup> interrogaciones vero tam in personalibus, quam in realibus actionibus adhibebantur, ideo, *ne vel interdum plus petendo aliquid damni sentiret,* <sup>d)</sup> *vel perdifficili quadam probatione oneraretur actor.* <sup>e)</sup> Erant itaque interrogaciones illae, actiones praeparatoriae eo fine concessae, vt appareret, an et quatenus actio principalis aduersus hunc reum competeret; ait enim VLPPIANVS: <sup>f)</sup> *voluit praetor adstringere eum, qui conuenitur ex sua in iudicio responsione, vt vel confitendo, vel mentiendo sese oneret, simul etiam portionis, pro qua quisque heres extitit, ex interrogacione certioretur.* Hoc autem certissimum est, quod etiam CALLISTRATVS <sup>g)</sup> iam iam fateatur, interrogatorias actiones in desuetudinem penitus abiisse, quia nemo cogitur, ante iudicium de suo iure aliquid respondere. <sup>h)</sup>

a) in Element. Iur. Ciuil. secund. Ordin. Pandect. Lib. XI. tit. 1. §. 238.

b) vid. LAV TERBACH, in Colleg. Pandect. Lib. XI. tit. 1. §. 1.

c) L. 2.



- c) L. 2. L. 9. §. 5. ff. ad Exhibend.  
 d) L. 1. pr. in f. ff. de interrogat. in iur. faciend. add. §. 33. I. de actionib.  
 e) L. 2. L. 3. ff. de interrogat.  
 f) L. 4. pr. ff. eod.  
 g) L. 1. §. 1. ff. eod.  
 Dissent. ANTON. FABER in Rational. ad L. 1. §. 1. ff. de interrogat. qui verba non CALLISTRATO debet, sed a TRIBONIANO inserta esse existimat.  
 h) vid. STRYK. Vsu mod. Lib. XI. tit. 1. §. 10.

## II.

Plures litis consortes, si ex obligatione personali conueniendi sunt, conueniri quidem coram vno communi iudice possunt, <sup>a)</sup> ne molestiae litium multiplicentur; <sup>b)</sup> Sed necesse omnino est, vt hi omnes vnum communem iudicem agnoscant, aut vt iis a superiori quodam, sicut olim a praeside prouincialibus, <sup>c)</sup> idem iudex dari possit. In imperio nostro Romano-Germanico dicta regula in eodem territorio, non autem in diuersis valet, quandoquidem immediati vnus cuius status subditi, in causis suis ciuilibus ad territorium adstricti sunt, <sup>d)</sup> et iidem status, quod ad subditos attinet, Leges particulares etiam Recessibus imperii contrarias ferre possunt. <sup>e)</sup> Hinc si mihi quidam Saxo, et quidam ciues Brandenburgici, ex vna eademque causa obstricti essent, ego illos coram vno eodemque iudice communi

nequaquam convenire possum, sed eorum quemlibet in suo territorio experiri me oportet.

- a) L. 1. L. 2. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat et L. 5. C. arbitr. tutel.
- b) arg. L. 10. C. de iudiciis.
- c) L. 5. C. arbitr. tutel.
- d) vid. BERGER, Oecon. Iur. Lib. I. tit. 1. §. 28. n. 4.
- e) vid. LAVTERBACH, Colleg. Pandect. Libr. I. tit. 3. §. 6. qui omnibus statibus, adeoque nobilibus non minus immediatis, hoc ius tribuit ob Instrum. Pac. Osnabr. art. V. §. 9. 10. et Capitulat. Leopold. art. 3. Dissent. BERGER in Oec. Iur. all. loc. n. 5. et nobilibus immediatis praecipue hoc ius ferendi Leges particulares denegat.

### III.

Quotiescunque ob continentiam ad eundem iudicem itur, toties tamen cavendum est, ne iurisdictionum confusio inde oriatur; \*) namque correi qui conveniuntur, vnum communem iudicem agnoscere debent, quippe quod vix cogitari potest, si diuersissimi generis iurisdictioni subiecti sunt rei. Colligi ex his potest, causam, quae clerico cum laico communis est, ad magistratum ecclesiasticum vt competentem nequaquam pertinere, quandoquidem ita iurdictio ecclesiastica cum seculari mirifice confunderetur, nec hodiernum facile communis quidam vtriusque magistratus pro-

proxime superior daretur. Neque me mouet ratio, qua cum BERLICHIO vtitur BRVNNE-MANNVS quae eiusmodi causa ecclesiasticum magistratum praeferri contendit, quod dignior ad se trahat minus dignum; haec enim sicut in se est adhuc ambigua, ita iuris analogiae parum respondet, quia <sup>b)</sup> *is qui eo loco possidere iubetur, eo loco iussus videtur cuius cura ad iubentem pertinet.*

a) B. LVD. MENCKEN. Theor. et Prax. Pandect. Lib. XI. tit. 2. §. 2.

b) L. 12. §. 1. ff. de reb. auct. iud. possid.

Dissent. BERLICH P. II. Dec. 220. n. 30. et BRVN-  
NEMANN ad ff. tit. de quib. reb. ad eund. iud. eat.  
n. 6.

## IV.

Ponamus iuuenem amore incensum, alterius ignorantis domum nocte veluti furis passum esse ingressum, eo fine, vt huius filiam inuiseret, eamque ad amorem erga se flecteret; eum omnino patri mulieris ex edicto de seruo corrupto teneri, etsi matrimonii causam alleget, ego quidem arbitror. Quamuis enim illi edicto regulariter de filio filiae familias corruptis locus non sit, quia serui corrupti constituta actio est; tamen id PAVLVS <sup>a)</sup> ita interpretatur, vt eo casu utilis actio nihilominus competat, adiecta hac ratione: *quoniam interest nostra*

*nostra, animum liberorum nostrorum non corrumpi.* Ita vero nocturna conuersatione, ac amoris declaratione inuito patre facta, mulieris animum corrumpi, quis est, qui non sentiat? <sup>b)</sup>

a) L. 14. §. 1. ff. de seru. corrupt.

b) arg. L. 1. §. 5. verb. aut amator existeret. ff. de seru. corrupt.

## V.

Ipsi corrupto libero homini tunc demum utilis de seruo corrupto actio datur, si ei nihil aut parum potest imputari, seu vbi pro consentiente non potest haberi; nam interest maxime corrupti, cum ordinata charitas incipit a se ipso: <sup>a)</sup> corrumpens vero mali, quod inde ortum, est causa moralis. Tehebitur itaque ille, qui impuberem sui iuris corrumpit, ipsi corrupto, et is, qui modo exiit patriam domum, in deuia deductus, corrumpentem sibi non minus habet obligatum. Quodsi autem ex circumstantiis apparet, corruptum pro consentiente posse haberi, dicta actio ei penitus denegatur, quia volenti non fit iniuria, <sup>b)</sup> et quilibet rerum suarum optimus est moderator et arbiter, <sup>c)</sup> quinimo ex consilio ei, cui consulit, nemo regulariter obligatur, et mandatum rei turpis nullum est. <sup>d)</sup> Ita controuersia, quae dudum

dudum inter DD. agitata est, e) facillime, vt opinor, componi potest.

- a) vid. L. 14. §. 1. ff. de seru. corrupt.
- b) L. 1. §. 5. ff. de iniuriis.
- c) L. 21. C. mandati.
- d) §. 7. I. de mandat.
- e) quam exhibet IO. VOLCKM. BECHMANN Comm. Pandect. Exercit. XV. ad tit. de seruo corrupto n. 72. latius IO. SCHNEIDEWIN ad §. 23. I. de action. n. 10.

## VI.

Generalis omnino ludorum prohibitio ex iure ciuili defumi potest, in qualibet republica nostro adhuc tempore valitura. Quando enim Sctum vetat in pecuniam ludere, atque virtutis tantum, et industriae ludos admittit, a) id profecto publicae vtilitatis causa statuere videtur. Et Imperator IVSTINIANVS b) eundem illius prohibitionis finem clarissimis his verbis exponit: *Alearum vsus antiqua res est, et extra operas pugnatorias concessa, verum pro tempore abiit in lachrymas, multa millia extraneorum nationum suscipiens. Paucis interiectis pergit: Commodis igitur subiectorum prospicientes hac generali Lege decernimus, vt nulli liceat in publicis vel priuatis domibus vel locis ludere. Nonne autem quaelibet ciuitas pro fine habet, vt bene se habeant ciues? Quenam igitur ludorum species hodiernum*

B

prohi-

## IO SELECTIORA IVRIS PRINCIPIA

prohibitae censi debeant, ex dictis abunde intelligitur, quamvis domesticae Legis dispositio forte deficiat, aut centum ludi veteribus incogniti nouissime inueniantur. °)

a) L. 2. §. 1. ff. de aleatorib.

b) L. vlt. C. de aleatorib. et alear. vsu.

c) conf. LAVTERBACH. Concluf. Forensf. Exerc. XXI, concl. 6. et 7.

### VII.

Curatores fisci id, quod lusu prohibito perditum, et solutum est, adhuc hodie repetere et fisco acquirere poterunt debebuntque, sicubi nec ipse victus, nec eius heredes, aut alius quidam datum repetierint. Lex enim eo nomine lata °) tanto magis adhuc loqui praesumitur, quanto magis statui nostro est conformis.

a) L. 1. et L. vlt. C. de aleatorib.

### VIII.

Iuramentum de pecunia, lusu illicito perditum, vel non repetenda, vel soluenda, a victo praestitum, nequaquam obligatorium esse potest. Iuratum enim est de re illicita: et data super aleae lusu cautio non tantum in se est irrita, sed etiam condici potest, °) qua certe iusiurandum eiusmodi voluntarium firmiter aut efficacius censi nequit. Quod si autem id admitteremus, quo subiecti iureiurando praes-

praestito, a iuris rigore se liberarent, fieri non possent, quin arbitrio priuatorum concederemus, an seruare publicas Leges velint nec ne. Ecquis est, qui eiusmodi opinionem valde incongruam, sanaeque rationi penitus contrariam defendat? Iurans potius propter iurisiurandi abusum dignissimus est, qui grauius puniatur.

a) L. i. C. de aleatorib.

Dissent. LAUTERBACH. Concluf. Forens. Exercit. XXI. concl. 14. arg. c. 26. X. de iureiur. et c. 2. de pact. in 6to.

## IX.

Ludi etiam nominatim prohibiti nihilo fecius tum sunt permitti, vbi non animo lucrandi, sed aliam ob causam, veluti recreationis aut conuiuoli gratia, luditur, modo lutores hoc in scopo persistant, neque mox mutato animo, lucri cupidine capti, multum perdant. <sup>a)</sup> His enim obseruatis contra Leges nihil actum est, quibus praecipue id intenditur, ne subditi die noctuque ludendo proprias substantias perdant. <sup>b)</sup> Ita quoque clericis ludere aut ludis interesse haud interdictum esse arbitror, quippe ludi in se nihil mali habent: attamen hi verbi diuini ministri sedulo cauere tenentur, ne ita ludant, aut ludis intersint, vt aliis scandalum dent, quandoquidem

dem ab hoc illos abstinere, imperator <sup>c)</sup> et pontifex <sup>d)</sup> praeceperunt.

- a) BECHMANN. Comment. Pandect. Exercit. XV. tit. de aleatorib. n. 90.  
 b) L. 3. C. de aleatorib.  
 c) Auth. *Interdicimus*. C. de Episcop. et cleric.  
 d) c. 15. X. de vit. et honest. clericor.

## X.

Si quis spondentium contestatur, se certo scire id, de quo quaestio est, promissio reciproca eam in rem facta, nihilominus plenissimum habet effectum, praemiumque positum attribuit victori, veluti si duo sponderint de eo, an Gallus vicerit Suecum, alter autem de ista victoria iam sit certissimus. Qui enim perdit, non habet, cur conqueratur, quia sciens et volens damnum, quod ita sentit, ne quidem sentire intelligitur. Deinde omnis sponsio est species donationis, donatio autem ex sola liberalitate proficiscitur; hinc perinde est, siue causa vera sit, siue dubia, ad quam ille liberalis respexisse videtur, et sufficit, quod ex scientia eius appareat, eum nihilofecius donare voluisse.

## XI.

Etiam captatoriam, quam vocant, spon-  
 sionem, cuius nimirum verba duplicem sen-  
 sum



sum admittunt, valere arbitror. Veluti alter affirmat aliquem actuarium neque legere, neque scribere posse, id vero postea sic interpretatur, vt, dictum actuarium vocem *neque* et scribere et legere valere, dicat. Satis enim est, quod eiusmodi verba communem et vulgarem aliquem sensum recipiant, quem vterque spondentium intelligere potuit. Interpretatio tamen fiet de sensu magis proprio vsique recepto contra affirmantem, quippe qui, cum a vulgari recesserit, clarius loqui debuisset. <sup>a)</sup>

a) arg. L. 39. ff. de pact.

Dissent. LAUTERBACH. Concluf. Forens. Exerc. XXI.

Concluf. 18. qui eiusmodi sponsonem nullam declarat.

§. XII.

GAIVS <sup>a)</sup> affirmat, eum, qui prohibetur mortuum inferre, aut statim interdicto vti, quo prohibetur ei vis fieri: aut alio inferre, et postea, quanti eius interfuert, prohibitum non esse, in factum agere posse. Quibus haec adiicit: *Vnde miror, quare constare videatur, neque heredi, neque in heredem dandam hanc actionem. Nam vt apparet, pecuniariae quantitatis ratio in eam deducitur:*

B 3

certe

14 SELECTIORA IVRIS PRINCIPIA

*certe perpetuo ea inter ipsos competit. Quo loco DD. exemplum rei cuiusdam a maioribus traditae, cuius ratio reddi nequeat, haberi existimant. <sup>b)</sup> Ego vero coecos eos iudico, qui rationem in ipsa Lege appositam non vident. Quis enim est, qui non obseruet, Ictum de transitoria actione loquentem eam, quae ad id, quod interest, competit, intelligere? Quis itaque dubitat, quin ratio, quia pecuniaria quantitas in eam actionem deducitur, sit sufficiens et analogiae iuris egregie accommodata?*

a) in L. 9. ff. de religiof. et sumt. funer.

b) vid. BECHMANN Comment. Pandect. Exercitat. XVI. tit. de religiof. et sumt. funer. n. 3.

XIII.

Optime MARCELLVS: <sup>a)</sup> *Minime maiores lugendum putauerunt eum, qui ad patriam delendam, et parentes et liberos interficiendos venerit: quem si filius patrem, aut pater filium occidisset, sine scelere, etiam praemio afficiendum omnes constituerunt. O quam sapienter, quam prouide, quantoue iudicii acumine isti maiores veritatem sunt professi! Etiam si ergo filius patrem eiusmodi occiderit, ille in foro soli aequae ac in conscientia seu poli, quod vo-*  
cant

cant foro, securus et impunis pronunciandus erit. Ita enim filius, quod ad illius animi tranquillitatem attinet, non tantum Legi civili, quae non minus in conscientia obligat, sed et sanae rationis praeceptis abunde satisfacit. Certe ius naturae salutem publicam, quod neminem latet, unicuius ut Legem principalem seruandam iniungit. Praeterea officium filii, quod publicae rei praestat, dummodo istud in se iustum est, etiam sanguinis vinculum seu naturalem obligationem dissoluit, quia pater publicam rem euertens tam focii civilis, quam paternum officium transgreditur atque violat. Illud autem officium, quo filius patrem hostem publicum, patriamque deleturum occidit, quis est, qui non iustissimum reputet. Miror itaque, qui factum, ut multoties laudato BECHMANNO, ab hac sententia recedere, tantum venerit in mentem.

- a) in L. 35. ff. de religiof. et sumtib. funer.  
 Dissent. BECHMANN. Commentar. Pandect. Exercit.  
 XVI. tit. de religiof. et sumtib. funer. n. 5. seq.

## XIV.

Quicumque in subsidium, imo ex honestate, Lege tamen expressa, obstrictus est, is omnino

omnino perfecte obligatus censendus est, ita ut id, quod debetur, etiam per magistratum exigi queat. Quicquid enim Lege positiva iniunctum est, id perfecte obligare, tantum illi ignorant, qui sanae rationis ignorantiam profitentur. Ita maritus quoque ad sepeliendam uxorem in subsidium perfectissime tenetur, in quantum facere potest, quia Lex illud iubet, <sup>a)</sup> quamvis a POMPONIO haec sit adiecta ratio: *ne iniuria eius videretur, quondam uxorem eius insepultam relinqui.*

a) L. 28. ff. de Religiof. et sumt. funer.  
Obft. L. 22. L. 27. ff. eod.







Leipzig, Diss., 1750

ULB Halle  
007 012 837

3




TA → OL

1750







Farbkarte #13

B.I.G.

10142

*Abt. W. n. 56*

*1750, 18. #7*

DISPUTATIO IVRIDICA  
DECIMA SEXTA  
**SELECTIONA IVRIS  
PRINCIPIA**

A D

ORDINEM DIGESTORVM EXPOSITA  
LIBRI XL SPECIMEN I. CONTINENS

Q V A M

**ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS**

INDVLTV

P R A E S I D E

**IO. TOBIA RICHTERO**

PHIL. ET I. V. D. NEC NON PROF. PVBL.

AD DIEM XXX. SEPT. A. C. N. MDCCL.

H. L. Q. C.

PVBLICE VENTILANDAM PROPONIT

**AVGVSTVS Gottlieb RITTERVS**

ZSCHOP. HERMVND.

L I P S I A E

LITTERIS LANGENHEMIIS.

